qui[a] remanserant, abstulerunt se de eodem loco et reversum canale in circuitu composuerunt se totos ac sapientes, anteriores et nobiliores[b], in securum locum, et ipsum canale nominabatur Archimicidium, pro hoc quia totos, quos a sevissimis paganis interfectos debuit esse, inter se ipsos in peccatis illorum, Deo imminente[c], totos se ipsos interfecerunt et consilium dederunt, ut nullus esse deberet ad sepeliendum eos, sed volucres et bestie[d] comederent[e] illos. predicti namque antiquiores omnes edificaverunt[f] de illorum proprio decimo[g] castellum, sed ille, qui inter illorum super[h] erat[i], tribunus et primus fuit, Egilius nomine, et a suo vero nomine Exulo[k] appellatur[l], et totum[m] litus Pineti est in pertinenciis eorum. et isti edificaverunt[f] monasterium puellarum ad honorem sanctorum martirum Viti et Modesti. Blancanici vero, qui[n] Flabianici appellantur[o], seu Exilius Gaulus et Theodosius Catarenus[p] et Maurus Iacob fratres edificaverunt isti duas ecclesias, unam[q] ad honorem[r] sancti Mauri martiris et aliam[s] ad honorem[t] sancti Thome apostoli. alii vero fecerunt ceteras ecclesias[u], que antea dicende[v] sunt, et constituerunt inter se, ut omnes, qui volunt[x] in eum castellum de alienis partibus ibidem habitare, cum maxima voluntate eos reciperent[y] ad tributum dandum ipsi antiquiores. interea omnes laudaverunt omnes Metamaucenses cum aliquantis anterioribus tribunis[z] Civitatis nove Eracliane[aa] absque voluntate Paulicio duci et filio eius et constituerunt tribunatum iudiciarum in Equilo[bb], eo quia ille dux ab omnibus odiosus[cc] erat. quod nomina tribunorum antea dicerentur, longum[dd] namque est omnia per ordinem enarrare[ee], inveniamus[ff] qualiter capta est Civitas[gg] nova Eracliana[hh] post decessum[ii] Paulicii ducis[kk]. orta est intentio[ll] inter Veneticos et abierunt cum multitudine navium decenter ornate[mm] Metamaucensium et Equilegensium; pervenerunt usque ad

(a) *D om.* qui (b) *D* nobiles (c) *S V* Deum imminentem (d) *S V* bestiis (e) *V* commederet (f) *D* hedificaverunt (g) *S V* proprium decimum (h) *V* semper (i) erat] *D* Eneam *S V* Enea (k) *D* Exullo (l) *D V* appellantur (m) *D* totus (n) *V* que (o) *D V* appellatur (p) *S* Cantarenus *D* Contarenus (q) *V* due ecclesie, una *D om.* una (r) *V* honore (s) *V* alia *D* alliam (t) *D V* honore (u) *D* ceterorum ecclesiis (v) *V* dicenda (x) *D V* vult (y) *S V* reciperet (z) *D V* anteriores tribuni (aa) *V* Eradiane (bb) *V* Aquilo (cc) *D* hodiosus (dd) *S* logum (ee) *D* ennarare (ff) *D V* veniamus (gg) *S V* civitatis (hh) *V* Eradiana (ii) *D* dicessum (kk) *V* dicessu Paulici duci (ll) *D* content. (mm) *D* ornamenta